

in remissionem vestrorum vobis injungimus peccatorum, quatinus ad structuram sanctimonialium extra civitatem Lipz commorantium et ad sustentationem earundem pias elemosinas erogetis. Nos quoque omnipotentis dei misericordia et nostra auctoritate confisi omnibus qui predictas inopias relevaverint quadraginta dies injuncte
 5 penitentie et unam karenam si vere contriti fuerint et confessi misericorditer relaxamus. Datum Misne anno domini M ccc̄ lxx, xii. kal. octobris, pontificatus nostri anno primo.
 (SF.)

13.

*Bischof Heinrich I. von Merseburg bestätigt die Ueberweisung des Patronatrechts der Kirche zu
 10 Rötha an das Kloster und trifft Bestimmungen über die Verwendung ihrer Einkünfte.*

Merseburg, 1260 Dec. 4.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84. Das S. des Bischofs und das sehr gut erhaltene des Capitels an Pergamentstr.

Anm.: Vergl. No. 11.

15 :In nomine domini. Amen.: Permissione divina Heinricus episcopus, Norpertus prepositus, Hildebrandus decanus totumque | capitulum Mersburgensis ecclesie universis Christi fidelibus in perpetuum. Piiis fidelium desideriis et factis | promovendis secundum officii nostri debita intendere cupientes illustris principis H[enrici] Misnensis et Orientalis | marchionis, Thuringorum lantgravii, Saxonie comitis palatini voluntatem et facta
 20 deo placita nec non apud homines laudabilia pariter et accepta non inmerito commendamus et quantum in nobis est et possumus ad ea roboranda constanter intendimus bona fide. Siquidem dictus princeps conventui sanctimonialium cenobii beate virginis Lipcensi Cisterciensis ordinis approbatissima liberalitate jus patronatus parrochie in Rotowe tradidit ad ipsarum indigentias sublevandas, cumque idem jus patronatus directo jure feudali
 25 ab ecclesia nostra tenuerit, postulavit ut talem collationem ratificaremus consensu benivolo et unanimi voluntate. Nos itaque postulationem suam multa devotione subnixam persolutis deo gratiarum actionibus quam plurimum gratam gerimus et acceptam ideoque volumus et statuimus, ut prescriptum jus patronatus sanctimonialibus et cenobio prelibatis cunctis in evum temporibus maneat et consistat perpetua firmitate subnixum. Ut autem
 30 propositum et dispositio principis antedicti debitum sortiatur effectum, videlicet ut sanctimonialiales prescripte sentiant se aliquantulum adjutas in sue necessitatibus paupertatis, censuimus taliter ordinandum, ut quicquid de proventibus parrochie memorate necessariis et congruis usibus officiantis eandem valeat superesse, hoc provisioni sanctimonialium totaliter applicetur. Et quia pro statu presentis temporis invenimus supererogari posse singulis^{a)}
 35 annis quinque marcas argenti provisioni et necessitatibus competentibus officiantis ecclesiam cum familia sibi necessaria et decenti, taliter decrevimus ordinandum, ut quicumque pro tempore in prenominata parrochia plebanus fuerit institutus, ille singulis

13. a) singlis.